

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio q
cum fonte primo

Temperanda est eciam facies
et modificanda in gestu suo,
ita ut nec proterue exasperetur
nec molliter dissoluatur
sed semper habeat rigidam dulcedinem
et dulcem rigorem,

Temperanda est igitur facies
et mortificanda in gestu suo,
ita ut nec proterve exasperetur,
nec molliter dissolvatur,
sed semper habeat et rigidam dulcedinem,
et dulcem rigorem.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 12 (PL 176, col.942A).

secundum illud Ecclesiastici XIX:
Ex uisu cognoscitur uir
et ab occurso faciei cognoscitur sensatus.
Amictus corporis et risus dencium
et ingressus hominis enunciant de illo,
scilicet qualis sit,
quia per id
quod foris siue bene siue male agitur,
interior animi qualitas intuentium
oculis patenter indicatur.

Hinc etiam est
illud quod dicitur in libro Ecclesiastici:
Ex visu cognoscitur uir,
et ab occurso faciei cognoscitur sensatus.
Amictus corporis et risus dentium
et ingressus hominis enuntiant de illo (Eccl. XIX).

Quia uidelicet per illud,
quod foris siue bene siue male agitur,
interior animi qualitas intuentium
oculis patenter indicatur.

Ibidem (Hugo in libro de disciplina monachorum).

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 12 (PL 176, col.942D).